

NARRATIO.

Scopus hujus parabolæ videtur esse duplex:

1. Repræhensio confidentiæ Petri. Dixerat enim Petrus sub finem capituli: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo nobis erit, &c. Mat: 19.

2. Ex pijs multis defecturos esse, quod ex parabolæ applicatione apparer, in nostram exhortationem vult testari. Quapropter ut expedite rem agere possimus.

I. Parabolam ipsam explicabimus.

II. Parabolæ explicationem à Christo traditam consideremus.

DE I. L O C O.

Regnum cœlorum, id est Ecclesia, in quâ Deus cœlos suos plantat. Esaï: 51.

Assimulatum est patrifamilias, qui exiit primo mane ad conducendum operarios in vineam suam.

Pater familias est antiquus ille dierum: Operarij sunt Christiani. Dan: 7.
Ψ 48.

Non enim vocantur ad otium, sed ad opera, ut scilicet annuncient virtutem ejus, qui eos ex tenebris vocavit, in admirabile lumen suum, i. Pet: 2. Esaï: 5.

F 2 Voca-